

δίβραχς / dibrachys (-chus)

ANON. Ox. 403. 3 τὸν ἴαμβο[ν . . .] καὶ τὸν δίβραχ[υν].

ARCAD. *de accent.* 92. 5 sqq. Barker τὰ εἰς ‘υς’ πάντα σύνθετα συνεσταλμένον ἔχοντα τὸ ‘υ’ προπαροξύνεται, ‘σύνοφρυς’, ‘κάλλιχθς’, ‘δίβραχς’.

ENSTATH. in [Hom.] *Od.* XI 505 (I, p. 431. 11 sqq.) οὕτως ἐξέβη καὶ ὁ Νεοπτόλεμος εἴτουν Πύρρος, ὃν φάμενοι τινες πρῶτον τοῦ δουρείου ἵππου ἐκπηδήσαι αὐτῷ παρονομασθῆναι τὸν δίβραχυν πυρρίχιον φήθησαν. παρ’ οἷς καὶ ὕμνος αὐτῷ ἐτίθη μέτρῳ πυρριχιακῷ χρησίμῳ καὶ εἰς πυρρίχην ὄρχησιν, περὶ ἧς ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα δεδήλωται.

NICET. *de metr.* 110 sqq. πυρρίχιος ἐκλήθη, ὁ καὶ δίβραχς, ἐπειδὴ Πύρρος πρῶτος ἐκ τοῦ δουρείου ἵππου ἐπήδησε· καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ ὕμνος αὐτῷ ἐτέθη ἐν τούτῳ τῷ μέτρῳ. ἐκ δύο συντομωτάτων χρόνων συνεστηκώς, ὅτι πυρρίχη καλεῖται ἢ μεθ’ ὅπλων σύντομος κίνησις.

ANON. *de metr.* 357. 15 sqq. τρισύλλαβοι δὲ (*scil.* οἱ πόδες) ὀκτώ· εἰ ἡ μονὰς ἢ διφυῆς μετὰ ὁμοίας μιᾶς συντεθεῖσα ἐποίησε δ’ σχήματα, δικαίως μετὰ δύο συντεθεῖσα ποιεῖ ὀκτώ· ἐκατέρω γὰρ αὐτῶν ἐπισυναπτομένη διπλοῦν ἀπεργάζεται· ἐκάστῳ γοῦν προσιοῦσα τῶν δισυλλάβων ποδῶν συλλαβῇ δύο πορίζει σχήματα, τὸν δίβραχυν ποιοῦσα τρίβραχυν ἢ δάκτυλον, τὸν δὲ σπονδεῖον μολοσσὸν ἢ βακχεῖον, τὸν δ’ ἴαμβον ἀνάπαιστον ἢ ἀμφίμακρον, τὸν δὲ τροχαῖον ἀμφίβραχυν ἢ παλιμβάκχειον.

ANON. BEROL. 294 δίβραχς, ὃς καὶ πυρρίχιος καὶ παρίαμβος καὶ κινήσις καὶ ἡγεμών λέγεται ~ ~ ‘θεός’.

ANON. VRB. 58 sq. πυρρίχιος ἐκλήθη, ὁ καὶ δίβραχς, ἀπὸ τοῦ Πύρρου, ὃς πρῶτος ἐκ τοῦ δουρείου ἵππου ἐπήδησε· καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ ὕμνος αὐτῷ ἐπετέθη τοιούτῳ τῷ μέτρῳ. ἔστι δὲ καὶ πυρρίχη εἶδος ὄρχησεως ἐμμέτρου.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 10 (p. 9. 1 sqq. Tessier) τὸ α’ ἀσκληπιάδειον ἀντισπαστικὸν ἀκατάληκτον, τοῦ α’ ἀντισπάστου ἀπὸ διβράχεος ἀρξανένου.

[PALAEM.] GL VI 207. 9 sqq. qui deinde est pariambus? idem qui pyrrichius sive etiam dibrachus ... pyrrichius cuius modi syllabis constat? duabus brevis, [exemplum] ut ‘Maro’, ‘Cato’.

TER. MAVR. GL VI 366. 1358 sqq.

nunc pedes accedo primos, quos vocant disyllabos.
 primus ille est, iure primus, ἡγεμών qui dictus est,
 auctor et ductor melorum, qui duas breves habet.
 ante enim breve est creatum, redditum longum dein,
 sicut unum numerus ante quam secundum prodidit.
 ergo natura repertus iure princeps dicitur,
 ante quem non est creatus, quem sequuntur ceteri.
 δίβραχυν dixere Graeci, quod sit ambabus brevis.
 πυρρίχιος idem vocatur: quippe et aptus pyrrichae
 tam cito motu recursat, quam breves hi sunt soni.



διβραχῦς / dibrachys (-chus)

TER. MAVR. GL VI 371. 1537 sqq.

παίωνα secundum faciet secunda longa:
fiet hinc iambus prior et dibrachys alter,
dicat quasi siquis 'magis hunc Horatius vult'.

TER. MAVR. GL VI 384. 1946 sqq.

namque hic de genere est phalaeciorum,
cuius mox tibi regulam loquemur.
nunc hic talis erit versus, ut hic est:

(Verg. *Aen.* III 1 et I 1)

'postquam res Asiae, primus ab oris'

(Verg. *Aen.* IV 1)

'at regina gravi saucia cura'

(Verg. *Aen.* VI 1 sq.)

'sic fatur lacrimans, mittit habenas
et tandem Euboicis labitur oris.'
istum semipedem prima sequentis
spondeum medium reddet utrimque:
quartus dibrachys est: quintus in imo
spondeum faciet sive trochaeum.

ARTHON. GL VI 44. 10 sqq. pedes igitur simplices sunt duodecim, qui procedunt ad crescuntque a duabus syllabis ad tres, item <a> duobus temporibus ad sex. ex quibus disyllabi quidem quattuor <duum vel trium vel quattuor> temporum existunt. quorum princeps et auctor pyrrichius, qui et pariambus et dibrachys appellatur.

ARTHON. GL VI 45. 6 sqq. trisyllabi autem pedes octo ... primum habebunt pedem tribrachyn, sicut disyllabi dibrachyn, dictum a temporum substantia.

ARTHON. GL VI 119. 8 sqq. trimetrum igitur epicum nihil a glyconio metro differre non nulli contendunt, quod constat ex spondeo et choriambos et pyrrichio vel trochaeo ultimo, ex quo plura apud Horatium asmata sunt, ut: (*carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri,

et: (*carm.* I 19. 1)

mater saeva Cupidinum,

et: (*carm.* III 9. 1)

donec gratus eram tibi,

et cetera. nam si solvas choriambum et novissimam eius syllabam supremis duabus adiungas, ex choriambos et dibrachy [id est pyrrichio] duo dactyli efficiuntur.

ARTHON. GL VI 152. 1 sqq. nam tale est, quale: (Verg. *georg.* III 6)

cui non dictus Hylas puer.

itaque si tamquam glyconium dividitur, erit primum comma octasyllabum, in quo prior spondeus, sequens choriambos, tertius dibrachys, quod in hexametrum priapeum converti sic poterit: solvo choriambos et novissimam eius syllabam duabus ultimis brevibus coniungo, ut ex choriambos et dibrachy efficiantur dactyli duo; erit colon hexametri, cui si pherecratium heptasyllabum



apposueris, hexametrum versum complebis, in quo sit primus spondeus, secundus et tertius dactyli, quartus spondeus, quintus dactylus, sextus spondeus.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 167. 24 sqq. hoc metrum (*scil.* asclepiadeum maius) quidam inter prototypa, id est primiformia, volunt accipi et appellant antispasticon heccedecasyllabon sapphicon, quidam a choriambico derivatum adserunt. nam ferunt omne asclepiadeum accepta choriambica syzygia, id est ut tres choriambos copulatos habeat, sicut hic, facere antispasticum, quod ita percutiatur, ut habeat primo loco epitritum, quem et hippium dicimus, quartum, dehinc duos antispastos, ultimum diiambum versum claudentem, qui non numquam dibrachy in fine posito in paeona secundum convertetur.

ΔΙΟΜ. GL I 475. 9 sqq. ergo binarum syllabarum sunt (*scil.* pedes) hi. primus pes dibrachys, bibrevis, pyrrichius vel pariambus vel hegemon graece dicitur. constat ex duabus brevibus temporum duum, ut 'deus'. ante enim brevis quam longa syllaba reperta est, ut prius unum quam duo. ideo autem pyrrichius dictus est, propter pyrricham, quia brevem syllabam proferentes spiritum artiolem labris concurrentibus explicamus, quae compositio huius modi modulationis pyrrichae convenit: vel a Pyrro Achillis filio, qui crebris et citis exultationibus bis breviter prominentem clipeum genibus incumbens et per hunc hostibus terrorem inmittens inferebatur, sicut versus inlustrat: ([Hom.] *Il.* XIII 807)

ὕπασπιδία προβιβῶντι.

cum ergo gradus vult breviter accedentes ostentare *** vel expetentes Athenienses per indictae dispositionem miliens faciem belli ostentare, mobilem decursionem pyrrichio pede commentus est, et idem eam pyrricham a Pyrro repertam et inlustratam cognominavit. sed ipse a pedum mobilitate, quod tripodiantes ordinaret, Cinesias est cognominatus. fidem huius enarrationis facit Aristophanes comicus nomen eius istac dictitans: (cf. *ran.* 153)

καὶ εἴ τις τὴν πυρρίχην ἔμαθεν Κινησίαν.

apud Italos vero eius gradus *** et Bellonae, id est Ἐνυοῦς, filio, quem capri- no pede Inuum poetae fingunt, quod summa montium et difficilia collium concitato cursu caprae more superaret, quotiens praedatoria vice grassaretur, citipedem hunc cursum sibi repperisse testificantur. quo nomine bibrevem pedem nuncupant. sunt qui pyrrichium graeca interpretatione cognominaverunt, quod calore velocitatis vel tripodio mobilitatis apices flammarum aemularetur.

ΔΙΟΜ. GL I 476. 6 sqq. huic (*scil.* dibrachi) contrarius est spondius, qui constat ex duabus longis temporum quattuor, ut 'heros' ... 17 sq. ergo et dibrachys et spondeus tantum habet in arsi quantum in thesi.

SERV. GL IV 471. 4 sqq. undecima ode (Hor. *carm.* II 18) dicolos est distrofos. nam prior versus cretico pede et monometro iambico terminatur, secundus vero trimeter est iambicus, sed claudus. iambicus autem versus non iambum solum sed et heroicos recipit pedes, locis scilicet imparibus [et dibracchi coniuncto].

CLEDON. GL V 30. 19 sqq. pyrrichius: dictus ab actu pyrrichae; hic etiam pariambus et dibrachus dicitur.



διβραχς / dibrachys (-chus)

AVDAX GL VII 334. 7 sqq. huic (*scil.* spondeo) contrarius est pyrrichius sive dibrachys, qui constat ex duabus brevibus: exemplum, ut 'Cato' pyrrichius unde nominatus? a Pyrro, Achillis filio, qui Eurypylo, Telephi filio, interfecto [ob] cantu quodam, qui ex isto pede constabat, in armis saltavit τὴν ἔνοπλον ὄρχησιν, unde et pyrricha dicta.

ANON. GL VI 307. 1 sqq. pyrrichius ex duabus brevibus temporum duum, ut 'deus'; sed hunc alii hegemonā appellaverunt, alii dibrachyn, alii pariambum.
[L.M.]